

CHRISTOPHERVS EPISCOPVS BASILIENSIS.



Christopherus ex nobili familia Vtenheimio
rum natus, & à pueris in omni genere uirtu-
tum educatus est. Is cum felici ingenio esset prædi-
tus, operam literis dedit, atq; post prima rudimēta
in patria percepta se se ad Academiam Erdfordia-
nam contulit. Ibi bonis artibus incubuit, atq; artiū
Magister creatus fuit, Anno circiter 1475. Postea
quoq; præclaram operam Theologiæ nauauit, at-
que tandem uarias Academias, Basiliensem præ-
fertim, frequentando S Theologiæ Doctor consti-
tutus est. Erat Christopherus uitæ integritate &
morum innocentia insignis. Itaq; cum huius mun-
di malitiam cōsideraret, unā cum Vuimphelingio

de secessu cogitare, & homines relinquere statuit. Dū hæc ageret, à collegio
Basiliensi præter expectationem 52 Episcopus elitur, Anno 1502, cum prius
inter canonicos receptus eslet. Hanc uocationem ipse primò renuit, et tādem
ob amicis persuasus suscepit.